

Documents

pour servir à l'histoire médiévale

de la

province augustinienne de Cologne

**Extraits des registres des prieurs généraux
(1357-1506)**

Les archives généralices de l'Ordre des Augustins, qu'abrite le couvent de Sainte-Monique à Rome, constituent pour l'histoire de l'ancienne province de Cologne une mine de renseignements à peine explorée ¹⁾. La « Provincia Coloniae » fut érigée vers la fin du XIII^e siècle, grâce au partage de la « Provincia Alemaniae » en quatre provinces. Dans le haut moyen âge, elle englobait, outre les couvents de la Rhénanie, tous ceux des Pays-Bas et de la Principauté de Liège, à l'exception des couvents de Tournai et d'Appingedam près Groningue, lesquels relevaient respectivement des provinces de France et de Saxe ²⁾. On ne saurait assez insister sur l'importance des registres des prieurs généraux pour l'histoire de cette province. Ces registres constituent la série Dd aux archives généralices ³⁾. Cette série Dd compte 271 volumes allant de 1357 à 1900, avec, il est vrai, quelques grosses lacunes entre les années

¹⁾ Le premier inventaire des archives généralices a été publié par B. VAN LUIJK, *Sources italiennes pour l'histoire générale de l'Ordre des Augustins*, dans *Augustiniana* VIII (1958), 397-424. G. BROM, *Archivalia in Italië, belangrijk voor de geschiedenis van Nederland*, t. III, 's-Gravenhage 1914, p. XXXIV-XXXVII signalait déjà l'importance de ces archives.

²⁾ Cf. N. DE TOMBEUR, *Provincia Belgica Ord. FF. Eremitarum S. P. N. Augustini olim dicta Coloniensis, et Inferioris Germaniae...* Lovanii 1727.

³⁾ Cf. *Augustiniana* VIII (1958), 410-413.

1360 et 1583 ⁴⁾. Le plus ancien registre fut ouvert le 13 septembre 1357 et clos le 16 juillet 1360 ⁵⁾. Tous les registres antérieurs à 1357 sont perdus de longue date ⁶⁾. D'autres l'ont probablement été lorsque, sous Napoléon, les archives généralices furent transférées à Paris en 1810, tandis qu'une dizaine de registres n'ont jamais été restitués et reposent toujours aux Archives Nationales dans la capitale française ⁷⁾.

Les registres des prieurs généraux ne sont pas des chroniques mentionnant le rapport des faits quotidiens, mais bien des livres d'administration où les actes des prieurs généraux relatifs à la gestion de l'Ordre sont consignés soit in extenso soit succinctement, le plus souvent jour après jour. Ils ne renferment donc que des pièces administratives que d'autres documents doivent venir compléter pour être à même de reconstituer une situation quelconque. Les registres débutent en un temps où l'âge d'or de l'Ordre est révolu et où apparaissent déjà les premiers signes de la décadence, surtout pour ce qui est de la pauvreté et de la vie commune. En cas d'indiscipline et de différend, on demandait l'arbitrage des prieurs généraux qui notaient ensuite les décisions prises dans leurs registres, de sorte que nombre d'actes donnent l'impression que la décadence était générale dans les couvents. La plupart des documents se faisant l'écho de ces cas moins intéressants doivent être interprétés de point de vue de leur caractère administratif unilatéral et selon l'esprit du temps. Ce matériel important mais épars que contiennent les registres des prieurs généraux sur l'histoire de la province de Cologne, nous avons cru bon de le réunir et le publier

⁴⁾ De 1900 à nos jours, la série Dd se continue dans Dd 172-182, conservée dans la partie secrète des archives généralices.

⁵⁾ Voir la description de ce codex dans *Analecta Augustiniana* V (1913-14), p. 255-259.

⁶⁾ Dès les XIII^e siècle, les prieurs généraux tenaient des registres, e. a. Gilles de Rome (1292-1295), Guillaume de Crémone (1326-1342) et Thomas de Strasbourg (1345-1357), mais à la fin du moyen âge ces registres n'étaient déjà plus aux archives généralices. Un classement définitif des archives généralices fut seulement commencé sous le généralat de Philippe Visconti, qui notait le 23 décembre 1649 dans son registre Dd 84, p. 405: « Coepimus Archivium Ordinis in ordinem redigere adiectis capsulis et auctis libris de rebus Religionis, et praecipue ibi reposuimus Registrum sapientissimi Magistri Generalis Gregorii Ariminensis, quod nuper Ianuae repertum erat, et quaedam alia, quae in Indice eiusdem Archivi describentur ». Cf. *Analecta Augustiniana* V, 259.

⁷⁾ Cf. *Augustiniana* VIII (1958), 410, note 9.

en ordre chronologique afin de le mettre à la disposition de tous. Vu l'ampleur de la série Dd, nous nous bornerons pour le moment à la période médiévale, laquelle couvre les années 1357-1506 dans les registres Dd 1 - Dd 9. Les données historiques sur cette période sont rarissimes puisque la plupart des archives conventuelles médiévales ont été détruites lors des troubles du XVI^e siècle : d'où l'importance particulière de ces pièces d'archives dont quelques-unes seulement ont été publiées⁸⁾. Tous les documents sont empruntés aux registres originaux sauf les textes des années 1496-1506, pour qui nous utilisons les copies du registre Dd 9, aujourd'hui perdu. De 1638 à 1640, séjournait à Rome le P. Augustin de Backere († Anvers, le 13 octobre 1654), augustin de Louvain, qui tira des registres de 1387-1556 des données relatives à la province de Cologne⁹⁾. Ces extraits peu corrects reposent actuellement aux archives provinciales des Augustins à Gand et ne sont d'aucune valeur pour cette édition, attendu que l'on possède toujours les registres originaux Dd 1 - Dd 8 (1357-1446). Seul les excerpta du registre Dd 9 (1496-1506), qui manque présentement aux archives généralices, seront d'utilité ici. L'augustin brugeois, le P. Gérard d'Herbe († Bruges, le 28 février 1722) a laissé lui aussi un manuscrit contenant des extraits précis des registres de 1387-1438, qui se trouvent encore à Rome, si bien que cette copie nous viendra peu à point¹⁰⁾.

Dans l'édition des documents, nous avons respecté autant que possible l'orthographe originale, quoique celle-ci ne soit pas toujours exempte de fautes de scribes, surtout en ce qui concerne les noms de personnes. Nous n'avons apporté de corrections que là où la leçon des textes était devenue inintelligible, mais ces corrections sont chaque fois justifiées au bas des pages.

Dans les notes, les noms mentionnés sont commentés dans la mesure du possible ; la référence à la littérature sur les couvents et les événements est donnée lors de la première mention dans les documents. Enfin, un index des noms de lieux et de personnes viendra rendre la consultation plus aisée.

Norbert TEEUWEN, O. E. S. A.

Albéric DE MEIJER, O. E. S. A.

⁸⁾ *Analecta Augustiniana*, Rome 1905-. Pour toute référence ultérieure à cette revue, nous nous servirons du sigle *An. Aug.*

⁹⁾ Voir *Augustiniana* VI (1956).

¹⁰⁾ *Ibidem*. Les deux manuscrits sont reliés au premier tome de la « *Provincia Belgica* » manuscrite de N. De Tombeur.

Grégoire de Rimini ¹¹⁾

1357-1358

1

Perusii, 2 Nov. 1357

Fecimus fratrem martinum de tolmathe, provincie ungarie, studentem in studio brugensi ¹²⁾, dummodo perfecerit trienium in studio provinciali vel generali.

Dd 1, f. 184r (p. 367)

2

Item eadem die fecimus studentem in studio Coloniensi ¹³⁾ fratrem nicolaum dictum de bluacis, provincie ungarie, dummodo perfecerit trienium in studio provinciali vel generali.

Ibid.

3

Perusii, 3 Nov. 1357

Scripssimus literas fratri bonanato, provinciali priori provincie aragonie, in forma que sequitur. Recepimus literas tuas...

Porro te nolumus ignorare, quod frater guido de belregardo /

¹¹⁾ Grégoire de Rimini a été élu général le 27 mai 1357 au chapitre de Montpellier, mais à la mort de Thomas de Strasbourg, son prédécesseur, il assura l'interim pendant quelques mois en qualité de vicaire général. Consultez sur ce fameux théologien: M. dal PRA, *La teoria del « significato totale » della proposizione nel pensiero di Gregorio da Rimini*, dans *Rivista critica di storia della filosofia* XI (1956), 287-311; D. TRAPP, *Gregory of Rimini Manuscripts Editions and Additions*, dans *Augustiniana* VIII (1958), 425-443; G. SCHIAVELLA, *Il peccato originale negli scritti di Gregorio da Rimini*, *ibid.* VIII (1958), 444-464.

¹²⁾ Le *studium generale* de Bruges fut érigé en 1338 sur une décision du chapitre général tenu à Sienne: « Item diffinimus quod in conventu nostro de Brugijs sit studium generale ». — *An. Aug.* IV, 183.

¹³⁾ Le *studium generale* de Cologne est déjà, en 1290, mentionné dans les actes capitulaires de la province romaine: « Hi sunt scolares studentes per nos nominati et electi ad studia generalia, scilicet frater Guiductius de Centumcellis, quem ponimus Colonie... ». Cf. *An. Aug.* II, 301. Il devint un *studium generale totius ordinis* au chapitre général de 1306 à Bologne, où il fut également décidé de l'érection d'un *studium* similaire à Vienne, Strasbourg et Montpellier: « Item diffinimus quod in loco nostro de Colonia de provincia Coloniensi sit studium generale totius ordinis ». — *An. Aug.* III, 55. Sur l'organisation des études de l'Ordre en ce temps, voyez: E. YPMA, *La formation des professeurs chez les Ermites de Saint-Augustin de 1256 à 1354*. Paris, 1956.

in ista yeme debet parisius expediri et franciscus de nerlis bachalarius non est presens ibidem et frater nicolaus de machelina¹⁴⁾, utrum absens¹⁵⁾ vel presens existat, penitus ignoramus et tu similiter, cum sis provincialis aragonie absens¹⁶⁾ existas, factum tuum diligenter adverte, quia quod scola parisiensis bachalario careat ad magisterium promovendo et in actibus scolasticis substineat detrimentum, non possemus cum honore nostro aliquo modo tollerare, unde si in facto isto defectum evenire contingat, elligemus pocius te gravare quam ledamus nostri generalatus honorem.

Dd 1, f. 184v - 185r (p. 368-369)

(An. Aug. V, 31, n. 3; 153-154)

4

Fulginii, 5 Nov. 1357

Rescripsimus magistro Iohanni de machelina, provinciali coloniensi¹⁷⁾, super actis capituli sui, ubi fuit electus et confirmatus provincialis, et concessimus sibi licenciam absolvendi fratres suos bis ab excommunicationis sententia et super irregularitate bis dispensandi, concessimus sibi auctoritatem providendi de lectore secundario in dicto conventu¹⁸⁾, si frater Iacobus hoghe, quem ibi lectorem fecimus, iusto impedimento detentus nequiverit ipsum officium adimplere. Item misimus sibi literas ordinationum nostrarum et commissionem domini summi penitenciarum¹⁹⁾ et literas vicariatus pro capitulo futuro.

Dd 1, f. 186r (p. 371)

5

Neapoli, 20 Ian. 1358

De gratia nostra fecimus studentem fratrem Iohannem apotecarium in studio brugensi.

Dd 1, f. 193r (p. 383)

¹⁴⁾ Pour Nicolas de Malines, voir plus loin sous les nos 8, 9, 29, 30, 32 et H. DENIFLE, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. III, Paris 1894, p. 70, note 4.

¹⁵⁾ Ms: *absens*.

¹⁶⁾ Ms: *absens*.

¹⁷⁾ Déjà élu provincial en 1353 au chapitre provincial tenu à Malines sous la présidence du maître général Thomas de Strasbourg. Cf. N. DE TOMBEUR, *Provincia Belgica...* Lovanii 1727, p. 244.

¹⁸⁾ Couvent de Cologne. Cf. le n° 20.

¹⁹⁾ François de Aptis (degli Atti) de Tuderto, évêque de Florence, cardinal titulaire de S. Marc, créé le 23 décembre 1356 et décédé le 25 août 1361. Cf. C. EUBEL, *Hierarchia Catholica*, I, 19.

6

Item die supradicta. Concessimus licentiam priori et conventui brugensi vendendi possessiones et libros minus utiles, dummodo pretium convertatur in magis utiles vel in necessariis edificiis loci, ac etiam quod possessiones non vendantur fratribus nostri ordinis.

Ibid.

7

Neapoli, 31 Ian. 1358

Concessimus studium brugense fratri Iohanni de quemino de gratia nostra in forma comuni.

Dd 1, f. 197v (p. 392)

8

Rome, 2 Martii 1358

Scripimus fratri Benenato, priori provinciali aragonie, sacre pagine bachalario, in hec verba.

Notum tibi esse sicut per alias nostras licteras fecimus manifestum minime dubitamus, qualiter frater Guido de belregardo hac yeme est parisiis expeditus et tu cum non sis in studio supradicto, nec frater franciscus de nerlis de florentia, et per consequens nullus alius bachalarius, preter fratrem Nicolaum de machelina, manifeste cognoscimus hoc in preiudicium scole parisiensis et scandalum nostri ordinis redundare, cum nullus sit ibi ad magisterium presentandus, nec unus solus omnes possit actus scolasticos exercere. Et ideo non valentes hoc equanimiter tollerare, quamvis alias de hoc facto te hortati fuerimus per nostras literas speciales, tenore presentium tibi mandamus per obedientiam salutarem, quatenus ante initium studii anni sequentis, te debeas parisiis personaliter contulisse, ut bachalariatus officium valeas exequi, ut teneris, et locum tuum laudabiliter teneas iam inceptum, sciturus quod pati nullatenus de cetero valeremus, quod scola predicta ex absentia bachalariorum tam enormiter lederetur, sed iustitia nos cogente, quod iustum esset facere teneremur.

Dd 1, f. 205v (p. 408)

(An. Aug. V, 31, n. 3)

9

Item eadem die scripimus fratri francisco de Nerlis, sacre pagine bachalario, in hec verba.

Meminimus nos alias tibi dixisse, quod persona tua absens esse

non poterat a studio parisiensi, ubi bachalarius esse dignosceris, sine scandalo ordinis et preiudicium scole studii antedicti. Sed quia recepimus literas iam est diu quod frater Guido de belregardo est iam expeditus parisius, et frater benenatus et tu non sitis ibi presentes, cum nullus alius bachalarius preter vos, nisi frater nicolaus de machelina bachalarius ibi presens existat, tam pro se presentando, quam aliis actibus scolasticis exercendo. Iustitia exigente pati non possumus, dictam scolam in hoc pati vel sustinere preiudicium et iacturam; quocirca tibi tenore presentium precipimus per obedientiam salutarem, quatenus te disponas et ordines ad dictum studium accessurum et illuc debeas personaliter accessisse ante initium studii anni sequentis, ut actus scolasticos et alia ²⁰⁾ incumbentia tibi prout requiritur bachalariatus officium valeas adimplere et locum tuum laudabiliter conservare, sciturus quod si in facto isto defectum evenire contingat, eligemus potius te gravare, quam ledamus nostri generalatus honorem.

Ibid.

(Cf. *An. Aug.* V, 31, n. 3)

10

Arimini, 18 Iun. 1358

Fecimus studentem brugis fratrem renaldum de metis, provincie francie.

Item ibidem fecimus studentem fratrem iohannem lapiche de remis, provincie francie.

Item fratrem arnoldum, provincie colonie, fecimus studentem Mediolani.

Dd I, f. 22v (p. 44)

11

Arimini, 21 Iun. 1358

Fratrem Everhardum, provincie Saxonie, qui dicitur miles, fecimus studentem Brugis.

Ibid.

12

Arimini, 20 Iul. 1358

Scripsimus fratri Amadeo, priori perusino, provincie vallis spoleti, sub hac forma.

Contentis in lictis tuis nobis directis, taliter respondemus, quod si ita est, quod frater Guilielmus de Brugis et angelus

²⁰⁾ Ms: *et alia et alia*.

de provincia saxonie, studentes perusii, iverint versus Cortonium cum licentia, quam impetrasse dicuntur a provinciali priore, tacita veritate et falisitate expressa, scilicet, quod senas vel pisas ire volebant, cum per cortonium ire ad presens ad partes illas non sit via, sed potius aliunde propter exercitus et guerras inibi cotidie permanentes et hoc sit publicum et notum in civitate perusii. Et quod dictus frater Guilielmus adhuc in exercitu circa Cortonium ultra mensem etiam commoratur, quamvis scribas fratrem Angelum fuisse reversum, cum ex omnibus istis perspicuis coniecturis et quia ante a te dictus frater Guilielmus licentiam petiit, quam concedere noluisti, presumatur dolus et fraus, quod sine licentia iverint et steterint in loco prefato, que malicia alicui patrocinari non debet, volumus et mandamus, quatenus, veris existentibus supradictis, predictum fratrem Angelum penitentiam gravioris culpe per mensem peragere facias in conventu. Fratrem guilielmum, quia plus deliquisse probatur contra preceptum tuum inibi permanendo, eadem penitentia sibi imposita, studio perusino privatum, ad provinciam remittere non postponas ²¹⁾).

Dd 1, f. 36r (p. 71)

13

Arimini, 13 Aug. 1358

Fecimus fratrem Iohannem Robilart studentem in studio conventus Brugensis.

Dd 1, f. 46r (p. 91)

14

Bononie, 20 Sept. 1358

Fecimus studentem in studio Colonie fratrem petrum dictum de cernis de Bohemia.

Dd 1, f. 57v (p. 114)

15

Die eadem

Mandavimus priori provinciali coloniensi pro provisionibus non solutis fratri Wesselio de Wesallia in hac forma.

Conquestus est nobis frater Wessellus de Wessalia studens arimini, quod provisiones sibi debitas tempore quo fuit in studio a conventu prefato, usque in presens priores qui pro temporibus fuerunt mittere neglexerunt secundum formam et observancias ordinis

²¹⁾ Ms: *posponas*.

prelibati, propter quod nobis humiliter supplicavit sibi per nos de oportuno remedio provideri, quocirca tibi tenore presencium committimus et mandamus sub pena inobediencie nostre quam penam incurere te volumus ipso facto si contrafeceris, quatenus si ita est predictos priores compellas ad solucionem predictarum provisionum secundum addiciones ordinis prelibati et ariminum easdem provisiones fratri W. transmittere non postponant, taliter facturum quod ipse frater W. amplius contra eos nobis necesse non habeat hac de causa proponere questionem.

Ibid.

16

Die dicta

Concessimus licenciam dicto fratri Wessello eundi ad capitulum generale fecturum padue cum euntibus ad capitulum supradictum.

Ibid.

17

Bononie, 2 Oct. 1358

Scripsimus fratribus universis qui ad crucem predicandam iverunt commorantibus conventualibus provincie Romandiole in hec verba. Iuri consonum esse dignoscitur, ut qui sentit onus, emolumentum etiam quandoque percipiat, ut qui gravatur in uno, in alio sublevetur. Sane propter officium predicationis crucis, per nonnullos fratres dicte provincie, conventuales ibidem, indifferenter assumptum conventus in quibus comorantes existunt, tam in predicationibus, confessionibus, lectionibus, consiliis, et aliis servitiis dictis conventibus oportunis passi sunt atque patiuntur et pati poterunt in futurum grave dampnum, dispendium multiplex et iacturam, unde cupientes indemnitati dictorum conventuum, quantum cum deo possumus providere, tenore presentium monemus omnes et singulos fratres commorantes in provincia memorata cuiuscumque status, officii vel dignitatis existant, eis nichilominus et eorum cuilibet sub excommunicationis / pena mandantes, quam excommunicationis sententiam eos et eorum quemlibet, si contraverint incurere volumus ipso facto, et quam excommunicationis sententiam in eos et eorum quemlibet hac canonica monitione premissa ferimus in his scriptis, quatinus de omnibus salariis, provisionibus, introitibus, redditibus et obventionibus quibuscumque acquisitis, datis, habitis vel receptis occasione, iure, titulo, respectu vel causa officii predica-

tionis prefate, postquam hoc nostrum presens mandatum ad eorum notitiam pervenerit, vel potuerit pervenisse, infra decem dies, quos eis et eorum cuilibet pro termino perentorio duximus assignandos, conventibus, ubi conventuales, vel morantes erant tempore predicationis iam dicte, quibus conventibus ex ipsorum absentia dampnum est multiplex irrogatum, medietatem debeant persolvere ac libere assignasse in recompensationem dampnorum conventuum predictorum, super quo fraudem aliquam caveant exercere, quia cum de ea nobis constiterit aut presentis transgressione precepti, ad alias penas contra eos, ipsorum proveniente contumacia, procedemus, volentes hoc nostrum presens mandatum ad preterita, et ad presentia et futura se extendi. Verum quia nichil esset statuta condere, vel precepta facere, nisi esset qui exequeretur et tueretur eadem, volentes ne prefata mandata nostra ludibrio fiant, nec debito frustrentur effectui, sed veraciter impleantur ab omnibus, quorum debitum esse dignoscitur nobis usque ad mortem obedientiam exhibere, Religioso viro... ²²⁾ priori provinciali dicte provincie districtius in virtute sancte obedientie et sub pena absolutionis a provincialatus officio, quam ipso facto volumus incurrisse, presentium tenore precipiendo mandamus, quatinus supradictum nostrum preceptum de predicantium crucem provisionibus, tam de preteritis, presenti, quam etiam et futuro, pro medietate suis conventibus tribuenda, et superius continetur diligenter curet et faciat inviolabiliter observari, in dicta provincia specialem faciens inquisitionem, cum omni diligentia, circumspectione et remediis oportunis, si per aliquem dictum mandatum nostrum deducetur quomodolibet in contemptum et si aliqua afflictione vel fraude quis illud neglexerit adimplere. Et si quem ipsius mandati contemptorem aut neglectorem esse repererit, cuiuscumque conditionis sit status aut gradus, post notitiam supradictam, ipsum statim excommunicatum esse publicet et denuntiet precipiens illum tamquam anathematicatum et excommunicatum a ceteris fratribus evitari et nichilominus compellat eundem prescriptum mandatum nostrum inviolabiliter adimplere, significaturus nobis ipse provincialis per literas suas / quoscumque huiusmodi transgressores reos invenerit et qualiter processerit erga eos et an sibi immo verius nobis obediētes fuerint an rebelles. Ceterum quia in confessum nulle sunt partes iudicii nisi ut sententia proferatur, et

²²⁾ Barthélémy de Ravenne.

ex confessione fratrum Rainerii, ugolini de frascitorio de Mutina, francischini de Regio, Iohannis de Colonia in iudicio per iuramentum nobis constiterit manifeste, quod dicti fratres ex predicatione predicta provisiones infrascriptas ²³⁾ receperunt, scilicet, frater Rainerius predictus Centum sexaginta sex florenos, de quibus dixit se deposuisse in capsula comuni mutinensi Centum florenos, et equi duo, quos habet, sint sibi computati pro triginta tribus florenis et alios triginta tres florenos penes se habere tunc nobis asseruit. Frater vero Ugolinus predictus quatuordecim florenos confessus est se habuisse ex causa prefata, quamvis ut dixit adhuc speret quamplures habere. Et frater francischinus tam in pecunia quam in una biblia, quam extimavit septem valere florenos, receperit undecim florenos ut dixit. Et frater Iohannes de Colonia decem florenos habuerit et sex florenos iterum et viginti solidos bononienses recipere debeat ex causa prefata, volumus et presentium tenore mandamus, ut frater Ugolinus predictus septem florenos conventui mutinensi, pro medietate dictorum quatuordecim florenorum, infra decem dies post notitiam presentium sibi facta, debeat integraliter assignasse sub excommunicationis pena prefata, similiter debet quos habebit in posterum pro medietate sui divisurus. Et eodem modo frater francischus prefatus, quia tunc lector et conventualis in conventu mutinensi, quinque florenos cum dimidio, quos ex predicatione prefata recepit, conventui mutinensi infra dictum tempus decem dierum sub pena prefata assignasse. Frater vero Iohannes de Colonia conventui Bononiensi, qui ex absentia sua sustinuit lesionem, ubi studens erat eo tempore, octo florenos et decem solidos satagat assignare infra decem dies postquam a fratre Rainerio supradictos vi florenos et xx solidos receperit ut prefertur sub pena excommunicationis prefata. Sed quia frater Rainerius, ut supra dicitur, xxxiiij florenos penes se retinuit contra nostrarum ordinationum seriem et tenorem, cum non nisi duos potuerit retinere, ideo ipsum declaramus xxxj^o florenis sic retentis fore privatum et conventui mutinensi suo nactivo conventu dictos triginta unum florenos tradi et assignari debere et ad predictum conventum devenisse secundum formam ordinationis nostre prefate. Reliquorum vero centum et triginta trium florenorum medietatem, scilicet, sexaginta sex cum dimidio florenos ad conventum cessenensem, ubi tunc conventualis erat, pertinere tenore presen-

²³⁾ Ms: *inscriptas*.

tium declaramus, mandantes eidem fratri Rainerio sub excommunicationis pena prefata, quatinus a notitia presentium literarum illos lxvj florenos cum dimidio infra decem dies conventui de Cessena, vel priori mutinensi recipienti pro conventu cessenensi, debeat integraliter assignasse, similiter provincialis prefatus contra prenomina-
tos fratres, iuxta presentem traditam sibi formam, et alios procedere non postponat quos in predictis vel aliquo predictorum contumaces reperiret vel rebelles, volentes ut prior provincialis, qui nunc est, hanc nostram literam in sua provincia et conventibus singulis debeat publicare, et provinciali futuro eam fideliter consignare, ut fucturis temporibus etiam observetur.

Dd 1, f. 63v - 64v (p. 126-128)

18

Ferarie, 11 Oct. 1358

Fecimus studentem in studio colonie fratrem symonem de ungaria.

Dd 1, f. 67r (p. 133)

19

Trivisii, 21 Oct. 1358

Fecimus franciscum de Colonia studentem de gratia in conventu venetiarum.

Dd 1, f. 74v (p. 148)

20

Vienne, 16 Nov. 1358

Scripssimus fratri iohanni de machelinea, sacre pagine professori, priori provinciali provincie Coloniensis, ordinis antedicti, licteras in hunc modum.

Recepimus die quintadecima mensis novembris in vienna provincie Bavarie nuntium provincie vestre cum licteris datis infra octavas patris nostri beatissimi Augustini. Quibus perlectis compati-
mur ex intimis cordis nostri afflictioni provincie vestre, que in tali et tanto numero fratrum dispendiosam sustinuit lesionem, sed divi-
nam pensamur in talibus voluntatem patienter ferre debemus — divina iudicia semper iusta etsi nobis occulta — necnon discrimini quod provincia est perpressa predicta / ex carentia nostrarum lictera-
rum vobis et dicte provincie directarum. Super quo noveritis quod, dum fuimus fulgini Anno domini m^oCCCLvij die v^a mensis novem-
bris, vobis, venerabilis magister, licteras nostras actis vestri capituli

responsivas direximus ²⁴⁾ per nuntium vestrum proprium qui nobis acta dicte provincie fideliter aportavit. Electionem et confirmationem vestram gratam et ratam habentes, vobis concessimus et concedimus presentium in tenore, quod fratres provincie vestre bis absolvere ab excommunicationis sententiis valeatis et cum eisdem et super irregularitate contracta, quia sic ligati forsitan divina officia celebrarunt, bis etiam dispensandi. Et quod quatuor apostatas ad ordinem nostrum recipere possitis, quorum receptio ad nos alias pertineret, et ipsos absolvere ab excommunicationis sententiis, quas a iure et nostri ordinis institutis dampnabiliter incurerunt et cum eis super iregularitate consimili dispensare. Misimus etiam vobis tunc, sicut et nunc per vestrum transmittimus nuntium specialem, licteras ordinationum nostrarum, comissionem domini summi penitentiarii ²⁵⁾ ac literas vicariatus vestri capituli celebrandi. Et quia postea ex licteris receptis a priore brugensi cognovimus nostras licteras ad dictam provinciam non venisse, nec presentatas fuisse, iterum in bono animo eas refici fecimus et magistro iohanni de placencia duximus destinandas per cuius sollicitudinem vobis e vestigio micterentur, sicut nobis idem prior per suas licteras destinavit, qui in hoc facto fuit diligens et sollicitus, nec negligens vel remissus in quantum nobis aparet et constat. Et nos postea venetias venientes de mense octubri, quia ipsas licteras venetiis adhuc esse comperimur, cuidem nuntio certo et fido mercatorum venetorum venienti brugis, data sibi per nos aliquali pecunia, assignavimus eas vobis fideliter presentandas, ita quod nec negligentiam in mictendo nobis acta capituli iudicamus ex parte dicte provincie, nec vos volumus ignorare sollicitudinem nostram et licteras sepius duplicatas ad provinciam antedictam. Ceterum, putantes iustum quod nunc dicta provincia suplicavit ex causis allegatis in licteris suis, concedimus, ut capitulum provinciale dicte provincie differatur ad festum pentecosten *proximum* ²⁶⁾ celebrandum. Et istis ultimis licteris vicariatus, quas modo per vestrum nuntium cum aliis nostris licteris destinamus, vos stare volumus et mandamus, ita quod si alie lictere prime vicariatus, quas misimus de fulginio et de venetiis, ad manus vestras pervenient, illas clausas et integras nobis transmittere debeatis et

²⁴⁾ Cf. le n° 4.

²⁵⁾ Voir note 19.

²⁶⁾ In margine.

istis uti vobis novissime demandatis, cum hoc mictentes procuratori ordinis collectam ordinis, sicut tenemini demandare. Et ultra hoc decem florenos, quos singulis provinciis ordinis taxavimus et ordinavimus dicto procuratori mictendos ad expeditionem litis et cause, quam una cum aliis ordinibus mendicantium cum domino Armachano ²⁷⁾ in curia habemus, infra tempus statutum in nostris aliis licteris, quas cum presentibus etiam destinamus ²⁸⁾. Porro vobis tenore presentium committimus, ut de lectore principali et uno secundo in studio Coloniensi providere possitis, notificantes vobis qualiter sumus vienne et in provincia Bavarie per menses aliquos moraturi. Et circa pascha resurrectionis domini, ipso favente, versus provinciam Reni et Colonie, aut francie, gressus nostros etiam dirigemus ²⁹⁾.

Dd 1, f. 78v - 79r (p. 156-157)

21

Vienne, 16 Nov. 1358

Misimus ad provinciam Colonie priori provinciali illius provincie licteras infrascriptas in hunc modum.

Tuam caritatem credimus non latere, qualiter in curia romana questio gravis et ardua cum ordinibus mendicantium ex una parte, et domino Armachano archiepiscopo in ybernia ³⁰⁾ agitur ex altera, pro cuius prosecutione ³¹⁾ negotii expense occurrunt multiplices oportune in advocatis et procuratoribus et aliis in litibus consuetis sicut procurator ordinis nostri iam magnam summam pecunie nostrum ordinem contingentem pro causa prefata nobis scripsit expensis et maiores sumptus etiam futuros cum sit in illius exordio prelibate. Propter quod nobis significavit pecuniam sibi esse pro dicta causa necessarie transmittendam.

Nos igitur atendentes totum ordinem nostrum per dictum Armachanum graviter molestari, ex quo cogimur nostra iura in iudicio defensare ³²⁾ iustum existimamus et dignum omnes et singulas pro-

²⁷⁾ Richard FitzRalph, archevêque d'Armagh en Irlande. Cf. A. GWYNN, *The English Austin Friars in the time of Wyclif*. Oxford 1940, p. 80-89.

²⁸⁾ Voir le n° 21.

²⁹⁾ Cette *visitatio* n'a jamais eu lieu, parce que Grégoire mourut à Vienne peu de jours après. La dernière notice par rapport à son activité date du 20 novembre 1358 (Dd 1, f. 332).

³⁰⁾ Voir note 27.

³¹⁾ Ms: *per cuius persecutione*.

³²⁾ Ms: *defesare*.

vincias ordinis memorati quarum factum utiliter procuratur in hac questione contribuere pro expensis, sicut et alii religiosi mendicantes iam fecisse noscuntur. Propter quod deliberatione previa diligenti decem florenos pro qualibet provincia ordinis nostri ad expeditionem cause prefate ad romanam curiam transmittendos tenore presentium taxamus et ordinamus. Et ideo tibi precepimus sub pena inobedientie nostre quam ipso facto te noveris incursum quatenus infra sex menses a receptione presentium licterarum procuratori ordinis in curia romana decem florenos persolvi facias atque numerari per nos provincie tue ut dicitur iam taxatos pro lite et questione prefata viriliter proseguenda, quos decem florenos inter conventus tue provincie divides secundum consuetudinem in ipsa provincia hactenus³³⁾ observatam.

Easdem licteras sub eodem tenore misimus ad provincias infra-scriptas, etc.

Dd I, f. 79v (p. 158)

(An. Aug. V, 271; *Archivium Hibernicum* XIX (1956), 66-67)

Mathieu d'Ascoli³⁴⁾

1359-1367

22

Padue, 4 Sept. 1359

Fratrem iacobum leyinger studentem fecimus in loco nostro de venetiis de nostra gratia speciali.

Dd I, f. 85v (p. 170)

23

Padue, 4 Sept. 1359

Fratrem Wilelmum de anelvaerpia³⁵⁾ studentem fecimus in nostro studio paduano de nostro gratia speciali.

Dd I, f. 87v (p. 174)

³³⁾ Ms: *hatenus*.

³⁴⁾ Mathieu d'Ascoli a été élu prieur général au chapitre de Padoue (1359) et réélu aux chapitres de Vienne (1362) et de Sienne (1365). Il mourut probablement vers la fin de 1367. Cf. Th. DE HERRERA, *Alphabetum Augustinianum*, t. II, Madrid 1644, p. 75.

³⁵⁾ de Antverpia ?

24

Padue, 4 Sept. 1359

Fratrem Iohannem spicer, provincie anglie, posuimus pro conventuali in loco nostro de brugis.

Dd 1, f. 88r (p. 173)

25

Dicta die

Petrum bonecti de Montepesulano fecimus studentem in loco nostro de brugis de nostra gratia speciali.

Ibid.

26

Padue, 4 Sept. 1359

Fratrem Raynaldum dictum vaes absolutum a conventu parisiensi posuimus conventualem in nostro conventu de brugis, mandantes eidem quod visis literis eiusque negotiis expeditis ad predictum conventum de brugis accedere debeat.

Dd 1, f. 88v (p. 176)

27

Padue, 4 Sept. 1359

Fratrem Iohannem Ravenel studentem fecimus in conventu nostro de brugis de nostra gratia speciali.

Dd 1, f. 91r (p. 181)

28

Padue, 6 Sept. 1359

Direximus literam quandam fratri Iohanni de Machelinia, sacre pagine professori, priori provinciali provincie colonie, sequentis tenoris. Cum propter tarditatem nostri capituli generalis padue celebrati, vestra provincia capitulum provinciale pro hoc [anno] congrue non possit celebrari, hinc est quod vobis concedimus de nostra gratia speciali, ut dictum provincie capitulum usque ad festum pentecosten affuturum possitis prolongare, vobis etiam gratias consuetas indulgentes usque ad tempus prefati capituli celebrandi, videlicet, ut fratrem quemlibet subditum ab excommunicationis sententia possitis absolvere et etiam ab irregularitate bis contracta [dispensare] valeatis. Et quatuor apostatas, quorum receptio ad nos pertinet, secundum nostri ordinis instituta, recipere valeatis et ab excommunicationis sententia et ab irregularitate inde contracta dispensare predictos ubicumque in vestra provincia vobis videbitur oportunum. Et totidem incorrigibiles in vestra provincia ab ordine

licentiare. Et ut uberiori gratia vos prosequamur, etiam si qui priores minus stricte pecuniam conventus tractaverint et se de officio procuratoris intromictissent, valeatis cum eisdem misericorditer dispensare. Etiam si qui de vestris voce careant propter unam vel binam incarcerationem, aut propter simplicem apostasiam, dum tamen ex hoc ordo scandalum notabile non sit passus, ut etiam cum eisdem in predicatione et confessione possitis dispensare, dum tamen usque ad tercium, vel quartum, vel quintum annum laudabiliter vixerint, ut talibus vocem restituere valeatis, vobis pariter indulgemus. Insuper vobis concedimus, ut si qui de vestris subditis penam carceris inciderint ubi recta ratio dicat fore pro meliori ordinis supersedendo, ut de huius pena supersedere valeatis, nostra fretus auctoritate, aliam vero penam salutarem eisdem ³⁶⁾ iniungendo. Etiam si qui pueri, minores annis, oblati a parentibus, dummodo sint de nobili genere, ut eosdem recipere valeatis, vobis licentiam impertimur presentium in tenore, etc.

Dd 1, f. 94r (p. 187)

29

Papie, 22 Febr. 1360

Ad instanciam et petitionem venerabilis viri fratris Nicolai de Machelina, sacre Theologie [professoris], licenciam concessimus, quod duo fratres studentes parisiis provincie saxonie possent ibidem lectorari, esto quod non compleverint tempus trienii, dummodo etc., et quod unum de sua provincia possit ibidem pro studente tenere de nostra gratia speciali, dum tamen etc.

Dd 1, f. 140r (p. 279)

30

Avinionis, 13 Apr. 1360

Scripsimus quandam literam venerabili viro fratri Nicolao de Macchilina, sacre pagine professori, in qua... ³⁷⁾ fratrem sue provincie pro studente parisiis retinere, dum tamen cuncta etc.

Dd 1, f. 146r (p. 291)

31

Avinionis, dicta die mensis Madii ³⁸⁾ 1360

Dispensavimus cum fratre hildebrando de horne lectore et eum

³⁶⁾ Ms: *eidem*.

³⁷⁾ Mot illisible.

³⁸⁾ Il est impossible d'établir avec certitude la date exacte de ces décisions.

rehabilitavimus ad officia ordinis et honores, quia solus venerat de provincia sua ad Romanam Curiam, tamen cum honestis personis et non pro causa propria, sed pro provincia sua.

Dd I, f. 149r (p. 297)

32

Avinionis, dicta die mensis prefati 1360

Concessimus venerabili viro fratri Nicolao de Machilina, sacre pagine professori, licentiam et auctoritatem vocandi et retinendi fratrem unum pro studente in conventu de parisiis de quibuscumque partibus et provincia duxerit eligendum.

Dd I, f. 149v (p. 298)

(à suivre)